



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

De modo orandi & psallendi, horisq[ue] canonicis persoluendi 30.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

rus dēmonis manēdo inclusum infici-
at & occidat. Hinc scriptū est. Amicus *Eccle. 6.*
fidelis, protectio fortis. Qui autē inue-
nit illū. inuenit thesaurū. Amico fideli *Ibidem.*
nulla est cōparatio, & nō est digna pō-
deratio auri & argenti, cōtra bonitatē
fidei illius. Amicus fidelis medicamē-
tū vitę & immortalitatis: & qui metu-
ūt dominū, inueniūt illum. Item alio
quoq; loco ait scriptura: Beatus qui in *Eccle. 35.*
uenit amicum fidelē. Quū enim sit ho. *Philoso.*
mo naturaliter animal sociale secun-
dū Philosophum, naturale est vt ab al-
tero adiuuetur. Quūq; homo non sit
bonus iudex sui ipsius, expedit vt alte-
ri ad hoc idoneo conscientiam suam
aperiat. Acquiesce ergo & huic Cassia-
ni consilio, nec proprio vñquam sen-
sui innitaris. Omnemque mundanorū *Prover. 3.*
hominum familiaritatem ac societa-
tem singularem vitare coneris, quia
reuera vehementissime nocua est ani-
mæ.

De modo orandi & psallendi,
borisq; canonicus persol-
uendis.

Articulus, XXX.

s 3 Spiritus

418 D. DIONYS. CARTH.

Spíritus est Deus, & eos qui ado-

Ivan. 4. **T**ant eum, in spíritu & veritate

adorare oportet. Quamuis omne

Hier. 48. opus Dei reuerenter, deuote atque so-

licite exequi debeamus. (Maledictus

enim qui facit opus Dei negligenter)

illi tamen actus virtutum, qui imme-

diate circa Deum versantur, cum am-

pliori reuerentia & singulari deuo-

tione sunt exercendi. Porro oratio,

psalmodia, adoratio, horarū solutio,

sunt actus virtutis quæ latrīa dicitur.

Quæ secundum Tullium est virtus

Deo cultum cæremoniamq; impēdes.

Itaq; actus hi latrīæ cum ingenti dil-

gentia sunt explendi. Ad quod requi-

ritur primo diuinorū obseruātia pre-

Prouer. 28. ceptorum: Quoniā scriptū est, q decli-

Psal. 118. nat aurē sua ne audiat legē, oratio ei?

erit execrabilis. Et iterū: Maledicti qui

declinant à mandatis tuis. Itaque con-

uersatio conformanda est orationi, &

secundo, cor per attentionem Deo r-

niendum. Vnde de auersis & inatten-

Match. 15. tis dñs ait per Esaiam: Populus hic la-

Eccles. 18. bijs me honorat, cor autem eorum lō-

ge est à me. Et sapiēs quidam. Ante o-

rationem, inquit, præpara auiā tuā,

& noli esse sicut homo tentans Deum.

Hac

Esiae 29.

Match. 15.

Eccles. 18.

TH.
qui ado-
veritate
s omne
que so-
edius
genter)
imme-
um am-
deuo-
oratio,
olutio,
licitur.
virtus
pēdēs.
ti dili-
requi-
a pre-
decli-
rio ei?
Ati qui
ne con-
oni, &
eo v-
atten-
uc la-
m lō-
teo-
tuā,
eum.
Hac

DE ARCTA VIA SALV. 419

Hæc autem attentio præcipuè necessaria est, & esse debet in principio orationis ac psalmodiæ. Virtus namque principij in sequentibus est relucens, & posteriora à bono principio sortiuntur virtutem. Præterea quum triplex sit orationis effectus, videlicet mereri & impetrare, ac dulcis quædam refectio mentis quam orans sentit oran- do, ad primos duos affectus sufficit præfata intentio in principio. Ad tertium vero requiritur continuata & fortis attentio, secundum Tho. Imò secundū Basiliū super illud, Psallite sa- pienter, sic dicentem, Quemadmo- dum gustus corporis singulas buccel- las seu partes alimēti discernit, gustat & masticat, sic interior animæ gustus singulorum secundorum verborum in psalmodia sensum debet aduertere & gustare. Tertio ut actus prædicti per festè soluantur, requiritur magnacor- dis custo dia, atque affectuosa recolle- ctio mentis in Deo. Propter quod abbas Agathon asserebat, non esse labo- rem talem, vt i est Deum orare. Talis autem oratio, psalmodia, persolutio- que horarum efficacissima est ad im- perrandum à D E O omne, quod

16

deside-

Agathon.

420 D. DIONYS. CARTH.

desideramus salubriter. Hinc Christus

Ioan. 14. ait, Veri adoratores, adorabunt patre
in spiritu & veritate. Basilius quoque,
Diuinum, inquit, auxilium imploran-
dum est, non remisso, nec mente huc il-
lucque vagante: quoniam talis non so-
lum non impetrabit, sed Deum potius

irritabit. Optimum proinde modum

Bern. psallendi docet Bernardus, dicens: Mo-
neos vos dilectissimi, pure semper &
strenue diuinis interesse laudib⁹. Stre-
nue quidem, ut reuerenter & alacriter
Domino assistatis, non pigri, non som-
nolenti, non oscitantes, non parcen-
tes vocibus, non præscindentes verba
dimidia, non integra transfluentes, no
fractis & remissis vocibus: sed virili, ut
dignum est sonitu & affectu spiritus
sancti voces de promentes. Pure vero,
ut nil aliud dum psallitis, quamquod
psallitis cogitatis. Spiritus sanctus etc.
nam illa hora gratum nō recipit, qui-
quid ei obtuleris, neglecto eo q̄d debes.
Psalmodia non nimis festinante
promenda est, Porro, secundum Hu-
gonem, pro verbo omisso, repetendus
est versus, pro versu psalmus, pro
psalmo nocturnus. In actibus autem

præ-

DE ARCTA VIA SALV. 421

prædictis orandi atque psallendi debemus duo attendere, nostram videlicet misericordiam, & Dei misericordiam, quatenus ex consideratione nostræ misericordiæ, imperfectionis, fragilitatis atque malitiæ, ad veram humilitatem prouocemur. Ex consideratione vero misericordiæ, bonitatis charitatisq; Dei, ad dilectionem Dei feruidam inducamur. Sicque actus prædicti ex humilitate, & charitate procedant, & omnis vanitas in cantu vitetur, solique Deo placere optemus, magis quoque delectemur in sensu quam modulatione verborum, magis in deuotione quam vocis fractione, ne quid petulantia admittamus, quoniam Augustinus sic ait: Quum mihi accidit ut me cantus magis quam res quæ canitur delectet, me pœnaliter peccare confiteor. Et tunc mallem non audire cantantem. Rursusque ait. Plus Deo placet latratus canum, mugitus boum, grunitus porcorum, quam cantus luxuriantium clericorum. Quid prodest strepitus labiorum, ubi cor fuerit mutum? Sicut missæ c. præ enim vox sine modulatione est quasi byt. c. dolens vox porcorum: sic omnino sine deuotio- nione est quasi mugitus boum. Sic de-

f 7 mum

422 D. DIONYS. CARTH.
mum & horæ legantur siue cantentur
distinctè cum debita attētione, reue-
rentia, & affectu, cōgruo loco & tem-
pore, sine aliorum impertinentium
que verborum admixtione, sine con-
fabulatione, & risus dissolutione.

*De vanitate mundi & exemplari in-
ductione ad hoc secundum Hu-
gonem, Art. XXXI.*

Eccle. 1.

Hugo.

Vanitas vanitatum, dixit Ec-
clesiastes. Vanitas vanita-
tum & omnia vanitas. Vidi
cuncta quæfiunt sub sole, &
ecce vniuersa vanitas & afflictio spi-
ritus. Ad intelligendam mundanæ
prosperitatis vanitatem, exempla
Hugonis inducam. Dic ergo mihi
quid vides? Video prosperè nauigan-
tes, quibus arrident tranquillitas ma-
ris, serenitas aeris, flatus ventorum:
viros quoque in naui epulantes, dis-
currentes, & omni musicorum genere
iucundantes, in tantum ut aquis me-
lodia resultantibus, pisces vndique
que coasfluant, & iucundantibus læti-

am